



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Alienationis Rervm Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

IOANNIS ALOYSII RICCII

VIRI PATRICII NEAPOLITANI,
PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM
ECCLESIASTICI FORI.

Tomus Primus.

PRAXIS ALIENATIONIS RERVM ECCLESIAE.

REGVLÆ.

- 1 Duo sunt necessaria, ad hoc, vt ecclesiastica rei alienatio sit valida.



Eiectis solemnitatibus, quæ adhibebantur olim in alienatione rei ecclesiasticæ: hodie verò in praxi duo sunt necessaria, iuxta mentem extrauag. Ambitosæ de feb. eccles. non alien. primò causa, secundo solemnitas, Conuar. variar. ref. lib. 2. cap. 17. n. 2. Molin. de contr. disp.

468. Sarmien. de redditibus eccles. par. 1. cap. 2. Caua. decif. 35. n. 31. & decif. 45. num. 33. part. 1. Resnerus sing. respon. lib. 2. cap. 1. Ann. conf. 38. vol. 1. & pluries fuisse decifum in Rot. Lucen. testatur Cornazan. dec. 74. & decif. 67. & pluries etiam fuisse in Rot. Rom. decifum refert Farinac. decif. 206. 210. & 596. Seraph. decif. 508.

CAVSÆ.

- 1 Euidens in alienationibus rei Ecclesiæ utilitas requiritur, & ipsa est causa finalis alienationis, & num. 7.
2 Quanam dicatur euidens utilitas.
3 Quot modis euidens appellatur, vel non.
4 Utilitas per quem est probanda.
5 Quæ sit vera ratio presumendi utilitatem, vel damnum.
6 Quanam sit ratio, vt utilitas euidens per alienantium dictum non probetur.

1 **P**ro causa Summus Pontifex euidenter exigit utilitatem, & in nostra materia euidens dicitur utilitas, quæ ita clarè, & manifestè apparet, vt de ea dubitari non possit Bellam. in c. sine except. 12. q. 2. Barb. consil. 40. col. 1. Roland. conf. 15. vol. 1. Item illa, quæ omnibus patet, & quando nulla tergiversatione clari potest. Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. iudic. c. 172. n. 22. Mandos. in nostris terminis loquens in praxi signaturæ gratiæ, si in euidenter, in princ. verè hæc verba. Neque sufficit utilitas, sed euidens requiritur, Præp. & Bellam. in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. Bald. consil. 156. l. 1. Castan. in consuet. Burgund. rub. Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.

9. n. 12. respon. 310. Rodan. rub. 19. de cau. vt lit. n. 82. & seq. Tandem euidens dicitur utilitas, quando bona fuissent aquosa, siluosa, sterilia, inundata, & infructuosa, vt post infinitos tradit Caua. omnino vid. decif. 45. n. 31. part. 1. Seraph. decif. 29. lib. 1. Copin. dec. 37. qui concludit, tunc dici euidenter utilitatem, quando maior esset expensæ, quam redditus, si ecclesia illa bona retinere vellet, & insuper dicit considerandam esse vicinitatem bonorum habitationi Rectoris Monasterij, vel Ecclesiæ, vt ipsorum utilitas, vel inutilitas haberi possit, vt voluit pariter Turrecrem. in c. terrulas 12. q. 2. & Ann. cit. conf. 38. n. 9. vol. 1.

Ampliatur primo, vt euidens Ecclesiæ utilitas dicatur illa tantummodo, quæ non dubia, sed euidens, clara, & indubitata est, Corn. cōf. 243. lib. 2. Menoch. cōf. 29. lib. 2. & fuit decifum in Rota in vna Romana inualiditatis census, 24. Maij 1591. * coram Pamphilio, in qua Domini dixerunt, ex impositione vnius census, vt alter omnino similis extinguatur, non dici ecclesiam effectam melioris conditionis, dicitur enim euidens utilitas Ecclesiæ, idest manifesta, & notabilis, Prob. in c. vnico, de cleric. non resid. in 6. & proinde modica utilitas Ecclesiæ pro nihilo reputanda, Balb. decif. 22.

Amplia secundo, vt non dicatur euidens ecclesiæ utilitas, cum dantur in emphyteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata fuerint, & ob id alienari non possunt, Caua. cit. dec. 45. n. 46. vbi concludit, quod debet esse pretiū maius, vel aliquid ecclesiæ donari, & quod conditio debet esse melior, quam antea, Barb. conf. 12. nu. 20. lib. 3. & in specie Maria. Canis. in suo conf. vni. adiecto post Dec. Caua. p. 1. n. 132. Hinc voluit Imol. in c. ad aures tit. nostro, nō sufficere, quod detur æquiualens pretium, quia alienatio erit ecclesiæ damnosa, ex quo utili dominio priuatur: vt fuit in Rot. resolutū in vna Roman. bonorum 12. Dec. 1599. coram Cantu. cio: & data re æquiualente ecclesiæ, non dicitur cōstare de utilitate, sed de damno, vt post Dec. in conf. 142. tradit Rodan. loc. cit. n. 173. Rimin. Iun. conf. 233. lib. 3. Immo res ecclesiæ, quæ alienatur ex causa utilitatis, debet esse inutilis non solum re, sed etiam spe, vt post Bal. cōf. 156. n. 1. lib. 1. tradit Caua. dec. 46. n. 26. par. 1.

Ampliatur tertio, vt non possit probari euidens Ecclesiæ utilitas, nec bona ipsius alienari, quando adfunt fructus pro satisfactione, nam licet Prelatus possit fructus Ecclesiæ pro se retinere, hoc procedit quando non subest necessitas alienandi, alias debet ex fructibus,

bus, si potest, providere, non autem bona ecclesiarum alienare. Soc. conf. 29. lib. 1. post Abb. in c. nulli, tit. nostro, & fuit decifum in Rot. Rom. in vna Auximana bonorum primo Februarij 1500. & in vna Placentina bonorum primo Nouembris 1580. coram Seraphino.

Amplia quarto, vt in alienatione rerum ecclesiarum, & gratia si in euidentem, vel confirmatione Apostolica Summus Pont. nil aliud intendat, nisi euidentem ecclesiarum vtilitatem; ideo confirmatio non dicitur subreptitia, si narretur terras nunc esse ad culturam redactas, quae multò antea cultae fuerunt; sufficit enim adesse vtilitatem euidentem, quae est causa finalis, & ita fuit decifum in Rot. Rom. domus, 2. Nouembris 1588. coram Bubalo, & iterum in dicta Auximana.

- Amplia quinto, vt huiusmodi euidentia debeat consistere aliter, quam per publicam scripturam, Anch. in elem. 1. 4. not. tit. nostro, Rodan. in eiusdem nominis tractatu, rub. 19. nu. 130. Immo licet Commissarij declarauerint, cessasse in euidentem ecclesiarum vtilitatem, & pro ipsis praesumeretur, tamen poterit probari contrarium, vti tradit Inn. in c. dudum, tit. nostro, Gemin. in c. sine exceptione, 22. q. 2. Panor. conf. 41. lib. 1. Dec. conf. 133. & 142. Iaf. conf. 55. lib. 1. Gemin. confil. 48. & latissime Rim. lun. conf. 233. vol. 3. Haecque vtilitas ecclesiarum, nedum non praesumitur, sed est probanda per eum, qui in illa se fundat, & sic per concessionarium, ita Searlat. inter quaest. Anch. 53. num. 3. Rebuff. in suo tract. n. 75. & Cauai. d. decif. 46. n. 14. par. 1. & Ann. cit. conf. n. 29. cum sit quid facti, vt post Ioan. Bapt. Ferret. in conf. 248. n. 10. & seqq. & in conf. 294. n. fin. vol. 2. tradit Menoch. in praedict. c. 172. n. 22. & licet praesumatur pro decreto, non tamen praesumitur, quod ad sit euidentis vtilitas, vt in specie tradit Borgn. dec. 45. num. 52. maxime quando non apparet, quod praeserit causa cognitio, Canis. citat. conf. n. 281. & ratio est, quia quando integralis forma non est seruata, non praesumitur vtilitas ecclesiarum, sed damnum, ita post Bal. in l. quicunque, C. de seru. fugit. tradit Auēdan. de exequen. mand. par. 1. c. 4. n. 51. Subamplia, vt nec euidentis vtilitas probetur per alienantium assertionem, Fed. de Sen. conf. 224. Rebuff. de alien. rer. eccl. n. 75. Bart. in l. si forte, ff. de castr. pecul. & fuit decifum in Rota in vna Auerfana tenimenti 7. Iunij 1591. coram Lancellotto. Ratio, quia vtilitas in praesenti materia, nedum debet esse euidentis, sed euidenter probari, vt fuisse decifum testatur Polid. Ripa decif. 394. & nedum exigitur vtilitas positua, sed etiam abnegatiua, idem in decif. 395.
- Amplia sexto, vt euidentis vtilitas dicatur causa finalis alienationis bonorum ecclesiarum, & subreptio, quae circa ipsam causam versatur tantum attenditur. Seraph. decif. 508. Non tamen dicitur causa sufficiens alienationis bonorum ecclesiarum ex eo, quod domus sit ruinosae, si cum parua impensa reparari potest. Rot. in vna Romana domus, 16. Februarij 1604. coram Seraphino, vt patet in eius decif. 1490.

Vtilitas ecclesiarum in alienatione, quo tempore sit attendenda.

R E S O L V T. I.

- 1 Vtilitas ecclesiarum tempore contractus alienationis facta est considerata.
- 2 Tempus calamitosum quale sit.
- 3 Alienatio facta tempore belli an valeat.
- 4 Quod tempus in contractu emphyteutico attenditur.
- 5 Perfectio scripturae quando dicatur.

Respondetur, vtilitatem iuxta communem, & magis receptam sententiam esse considerandam tempore contractus alienationis facta, vt tradit DD. in l. 2. vbi Cagnol. n. 213. C. de rescind. vend. Calder. cōf. 5.

de rer. permitt. Ruin. confil. 35. in fin. lib. 1. facit cap. ad aures, vbi Gl. Io. And. & alij tit. nostro, & in c. cum dilecti de emp. & vend. Rebuff. in suo tract. n. 75. Paris. conf. 24. vol. 4. qui alios adducit, per tex. in l. si voluntate, C. de rescind. vendit. & fuit decifum in Rota in vna Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. coram Seraphino, & in vna Romana casalis 6. Apr. 1576. coram Cantuccio, vt in decif. diuerf. 18. p. 2. & in vna Bonon. bonorum 16. Iunij 1595. coram Mellino, & in eadem 27. Maij 1697. coram Arrigonio, Guid. Pap. decif. 140.

- Intellige primo, vt intelligatur de tempore regulari, & ordinario, secus si tempus sit calamitosum, vt pestis vel belli, quo res minoris valebat, l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. Caliren. conf. 109. col. 1. vers. nec obstat, lib. 1. Imol. Alex. & Herculi. in d. l. pretia rerum, in vlt. not. Aret. in §. si quis agens, n. 1. & 4. vbi Iaf. n. 6. de action. & fuit decifum in Rota in vna Romana casalis Turricella, 20. Maij & 28. Iunij 1578. coram Cantuccio, vt in decif. diuerf. 65. n. 7. & 8. & decif. 78. part. 2.
- Vnde non substat alienatio facta de tempore belli, quo ecclesia parum percipiebat, Cuman. in d. l. pretia rerum, n. 5. Afflic. decif. 87. n. 3. Gram. decif. 76. nu. 13. Carroc. dec. 29. not. diuerf. cit. dec. 65. n. 7. p. 2. & fuit dictum in vna Papien. fructuum 1. Iunij 1578. coram Bubalo, & in Papien. bonorum 23. Ianuarij coram Blanchetto; declara hoc procedere, quando alienatio esset facta inspecto valore de tempore belli, secus si pretio, quo ante bellum currebat, vt fuit dictum in causa Romana domus in Burgo 30. Martij 1590. coram Mantica.
- Limita secundo, non procedere in contractu emphyteutico, in quo non tempus contractus, sed confectae scripturae attendi debet, vt fuit dictum in vna Placentina bonorum 13. Iunij 1583. coram Seraphino, & est decif. 607. eiusdem, siquidem contractus emphyteuticus requirit scripturam, Iaf. in l. 1. C. de iur. emphyt. Afflic. dec. 72. per l. contractus, C. de fide instrum. & perfectus tunc dicitur, quando redigitur in instrumentum, Thesaur. decif. Pedem. 197. Ant. Fab. decif. 15. C. de fide instr. & ideo sufficit verificare, quod eo tempore euidentis adfuerit vtilitas, nam attendi debet tempus, quo actus perficitur. Bal. in l. si quis eum, §. si suo in 3. not. ff. de vulg. & pupil.

An emens rem Eccl. cum euidenti vtilitate, teneatur probare pecuniam versam in Eccl. vtilitatem.

R E S O L V T. II.

- 1 Emptor de conuersione pretij rei alienatae propter vtilitatem ecclesiae euidentem docere non tenetur, maxime quando pretium fuerit actualiter depositum, & quomodo dicatur depositum actuale factum, num. seq.
- 3 Emptor tenetur probare, pecuniam esse versam in causam expressam, quando alienatio est facta urgente necessitate, & quid in mutuo, & deposito vide n. 5. & 6.
- 4 Alienatio facta pro censu extinguendo, dicitur facta causa vtilitatis, non autem necessitatis.
- 7 Emptor in venditione facta pro soluendis Ecclesiae debitis, tenetur probare pecuniam esse versam in Ecclesiae vtilitatem, ac etiam quando contractus est initus cum non habente mandatum ab Ecclesia, num. seq.

Communis est sententia DD. in c. 1. de depos. quod emptor de conuersione pretij rei alienatae propter Ecclesiae vtilitatem, nullo modo docere tenetur, Dec. conf. 36. nu. 8. & 330. n. 3. Crot. conf. 4. nu. 6. lib. 1. Aret. in l. ciuitas, nu. 6. ff. si cert. pet. Menoch. confilio 375. num. 12. lib. 4. Rota in causa Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. coram Seraphino, & in Romana deuolutionis domus de Pincionibus 17. Nouembris 1581. coram Rubeo, vt patet in decif. 162. lib. 2. diuerf. Pisana bonorum, 8. April. 1585. coram Vicecomite, Auximana bonorum, 13. Maij 1585. coram Rubeo, & in

& in eadem 15. Nouembris coram Robusterio. Volaterana bonorum 28. Nouembris 1596. coram Blahetto, Romana cafalis, 7. Iunii 1591. coram Gipsio Florentina bonorum, 7. Maii 1590. coram Pamphilio, Romana cafalis 21. Maii 1565. coram Seraphino: & iterum Rot. in vna Rom. census de Romulis, 18. Iunii 1599. coram Penia, & facit docto. Molin. de Hisp. primog. lib. 4. cap. 4. a num. 20. vsque ad 24. secundum quod refert. Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 45. num. 35.

Amplia, si pretium fuit actualiter depositum, Dec. conf. 36. num. 8. Rot. in causa Anconitana bonorum, 13. Nouembris 1577. & 13. Iunii sup. d. 1578. coram Seraphino, Florentina cafalis, 7. Maii 1590. coram Pamphilio: & quomodo dicatur factum actuale depositum, vide in Romana census 27. Iunii 1590. & 26. Ianuarii 1591. coram Bubalo, Romana cafalis, 7. Iunii 1592. coram Gipsio, & in Anconitana terrarum 13. Nouembris 1576. coram Seraphino, & est decisio eiusdem 349.

3 Limita, & primo conclusionem principalem procedere in alienatione facta ex causa utilitatis, scilicet in ea qua fit necessitatis causa, quia tunc emptor tenetur probare pecuniam versam in causam expressam, Inn. n. 10. Ant. de Butrio. n. 4. in cap. 1. de pos. Abb. in cap. quod quibuldam de fideiussor. Anton. de Rodulf. in cap. sine exceptione, num. 168. 12. q. 2. Rebuff. in suo tractat. num. 40. Bal. in Auth. hoc ius porrectum, num. 7. & Castren. num. 5. & 8. Cod. de sacrosanct. Ecclesiis Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 7. Rota in d. Rom. census 29. Ianuarii 1591. coram Bubalo, vbi quod alienatio facta pro extinguendo censu, dicitur causa utilitatis facta, non autem necessitatis, optime Gratian. in praalleg. cap. 45.

5 Limita secundo in deposito, Butrig. in d. c. 1. col. 4. vers. fallit secundo. vbi alii de deposito Barb. in d. Auth. hoc ius porrectum, num. 14. & ibi Bald. numer. 7. & Cast. i. idem num. Aret. in d. l. ciuitas, num. 8. ff. si cer. pet. & ita praticari voluit Balb. decif. 22. & Rota in causa Auximana bonorum, 13. Maii 1585. coram Rubeo.

6 Limita tertio in mutuo, Butrig. in d. c. 1. col. 4. d. vers. ac Bartol. Bald. & Cast. ac Aret. in locis paulo antecitatis, Rebuff. de alien. rerum Ecclesiae, n. 38. & Rota in causa Anconitana terrarum, 13. Iunii 1578. coram Seraphino, d. Auximana bonorum 3. Maii.

7 Limita quarto in venditione facta pro soluendis debitis Ecclesiae, Inn. in d. c. 1. vers. vel forte de depos. Abb. in d. c. quod quibuldam de Rodul. cit. c. sine exceptione nu. 168. Bal. Cast. Aret. locis cit. & Rebuff. d. tract. n. 4. Couar. loco cit. n. 3. Rota in dicta Anconitana terrarum 13. Iunii 1578. coram Seraphino, Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram Rubeo, Romana census 23. Ianuarii 1591. coram Bubalo, & vide in eadem 23. Iunii 1590. coram eodem. Sublimata, nisi aliter sit conuentum, Rota in d. Rom. census 23. Ianuarii 1591. coram Bubalo. Item limita, quando contractus initur cum particulari de Ecclesia non habente administrationem, vel mandatum, Butri. in d. cap. 1. & de articulo late Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 45.

Pretium fuisse conuersum in utilitatem Ecclesiae, quomodo probetur.

RESOLVT. III.

1 Confessio Praelati sola utilitatem non probat, nisi concurrentibus coniecturis, & quae dicantur coniecturae in hac materia.

2 An probatio cum Praelati confessione per coniecturas sit sufficiens, vt intelligatur pretium fuisse versum in Ecclesia utilitatem.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

Probatur coniecturis, concurrente Praelati confessione, Bartol. & alii in l. Ciuitas ff. si cer. petat. vbi Aret. sub. n. 4. idem Bartol. in Auth. hoc ius porrectum num. 17. vbi Bald. n. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Narr. conf. 545. nu. 20. Bald. in l. 1. in fi. C. si a duer. cred. Rimin. col. fi. vers. ex quo colligitur, Dec. nu. 10. Alciat. nu. 6. ff. si cer. pet. in d. l. Ciuitas, Cast. conf. 338. num. 2. lib. 1. Menoch. conf. 375. num. 12. lib. 4. & de arbitrarijs casu 432. nu. 33. lib. 2. vbi ponit coniecturas, Rota in causa Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouembris 1581. & 12. Februarii 1582. coram Rubeo, vt patet in decif. 162. & 38. lib. 2. & Romana Cafalis Palazzotti 29. Maii 1587. coram Robusterio.

1 Addo, quod sola Praelati confessio non probat versionem in causam expressam absque adminiculis. Bald. in d. Auth. hoc ius, & in conf. 90. vol. 1. Card. in clem. 1. q. 39. de reb. Eccl. no alienad. Bald. in l. si seruo C. quod cum eo, Mynsing. conf. 30. n. 13. & seq. & ita praticatur. Rota in causa Rom. de Piccionibus 22. Februarii 1582. coram Rubeo, & facit decif. 258. lib. 1. diuersar.

Inter coniecturas, optima est, quae resultat ex antiquitate temporis. Crau. de antiquit. temp. p. 2. cap. 17. n. 13. & Jacob. Thoming. decif. 22. Item quod negotium fuit tractatum coram Generali ordinis, quod sufficere videtur, vbi concurrat debitum praexistens, & sequens debiti solutio, vt Bartol. Bald. & reliqui locis cit. Item plures solutiones factae debiti, quae non multum distat a summa iusti pretii, & ita fuit dictum in Rota Rom. in d. deuolutionis domus 12. Februarii 1582. coram Rubeo, sed Rebuff. de Alienat. n. 41. asserit, communem esse opinionem autoritate Socci. in conf. 15. vol. 1. quod non sufficiat probare per coniecturas, puta quod tempore contracti mutui, Ecclesia indigebat, sed realiter probari debet; verum eius opinio intelligitur de friuolis coniecturis.

An ex temporis diuturnitate praesumatur interuenisse decretum commissariorum.

RESOLVT. IV.

1 Diuturnitas temporis efficit, vt omnia praesumantur solemniter acta.

2 Diuturnitas temporis non sufficit, & quare in proposito casu.

3 Quae requirantur ad praesumendum, decretum commissariorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiae.

Ponatur casus, quod appareat de supplicatione, & petitione praedicti assensus Apostolici, ac de commissione facta a Papa delegatis ad confirmandam si in eundem, &c. & de ipsa confirmatione, seu commissariorum decreto subsecuto non constet, num ex temporis diuturnitate illud interuenisse sit praesumendum.

1 Pro interuentu decreti facit, quia ex diuturnitate temporis omnia praesumuntur solemniter acta, vt est communis opinio secundum Dec. & alios in l. 1. C. qui admit. Ias. post alios in l. sciendum ff. de verb. obligat. Cor. conf. 284. volum. 4. Bald. in confil. 511. col. 2. vol. 2. vbi consuluit, alienationem bonorum ecclesiae praesumi solemniter factam ob temporis diuturnitatem, & quasi possessionem Gramat. decif. 90. Cacher. dec. 74. Graff. confil. 2. tit. nostro vol. 1. sequitur Menoch. conf. 90. n. 30. & seq. vol. 1.

Quidquid tamen praefati dicant, ego in facti contingentia iudicarem contrarium, nempe. quod nisi appareat omnia contenta, & mandata per Papam in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis per ipsos vere fuisse executi, ad illa praesumenda temporis diuturnitas non sufficiat, quia talis praesumptio non est iuris, & de iure, ideo contra ipsam probatio

A 2 in con-

in contrarium admittitur, Butr. Abb. & reliqui in cap. quoniam contra de probatio. Rursus requiritur, ut cum diuturnitate temporis interueniat scientia, & patientia illius, qui consentire debeat. ita declarat Alex. consil. 218. vol. 6. & consil. 17. col. fin. consil. fin. vol. 4. consil. 94. vol. 2. Ias. consil. 176. vol. 2. Barbat. consil. 35. vol. 2. Immo esset maxima praesumptio secundum Quaran. quod commissarij nolissent decretum interponere, eo quod non inuenissent exposita in supplicatione verificarij; verum secundum eundem; ubi cum temporis curriculo concurreret etiam iustitia contra. Etus, & evidens Ecclesiae utilitas, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia & patientia cuiuslibet rectoris successoris aliter esset respondendum.

Evidens Ecclesiae utilitas in alienatione rei solita alienari quo tempore inspiciatur.

RESOLVT. V.

- 1 Res semel alienata cum requisitis, perpetuo alienabilis absque solemnitate efficitur.
- 2 Tempus, quo fit alienatio est inspiciendum, & quid in noua rei emphyteutica concessione.
- 3 Declara ut num. 3.

1 **Q**uamuis res semel alienata cum solemnitate, efficiatur perpetuo absque solemnitate alienabilis, Garz. qui plures allegat decif. 99. utilitas euidens tamen semper, & quocumque tempore exigitur, siue requiritur ex decif. Rauden. 23. & propterea in praesentiarum quaestio est, quo tempore inspiciatur; Nonnulli tenent inspici tempus, quo fit alienatio: non autem quo capit res alienari primo loco, & hi sunt Rubin. decif. 57. vol. 1. Ioan. Gall. decif. 29. diuersi. Franc. Rot. diuersi. decif. 582. p. 1. in princ. per tex. in extrauag. ambitiose, & c. 2. de feud. Caesar de Grassis decif. 4. de locat. ubi refert fuisse decifum in noua concessione rei emphyteuticae debere adesse euidentem Ecclesiae utilitatem tempore ultimae concessionis seu nouae, & non sufficere, adfuisse in antiqua concessione, & ita pluries fuisse decifum in Rota, testatur idem de Grassi. decif. 5. de rebus eccl. non alien. & fuit dictum in causa nullius Castri montis 9. Martij 1580. coram Brauo, & Romana domus 29. Nouembris 1587. coram Blanchetto.

3 Declara illud procedere quando prima causa concessionis cessat, secus vero, quando illa duraret, ut declarat Abb. in cap. ut super n. 11. vers. ego crederem, de reb. eccl. non alien. Caesar de Grassi. decif. 4. num. 17. & seq. tit. nostro Balb. decif. 29. num. 15.

An in alienatione rei Ecclesiae si in euidentem, rectoris alienantis citatio requiratur.

RESOLVT. VI.

- 1 Citandus est rector in rei Ecclesiae alienatione, & quid si esset praesens num. seq. & quid si ipse Summo Pontifici supplicaret num. 2.
- 3 Iudex habens potestatem extrajudicialiter se informandi, rectorem citare non tenetur.

1 **R**espondetur, rectorem alienantem citari necesse esse, licet non comparuerit, & fuerit indefensus Rot. in causa Roman. Casalis 26. Maij 1567. coram Oradino, & facit decif. 95. lib. 2. diuersi. & iterum Rota in causa Corneri rescissionis contractus 16. Ianuarij 1590. coram Orano, & in vna Rom. alienationis 27. Februarij 1587. coram Blanchetto.

2 Limita primo, ubi rector esset praesens, quia tunc citandus non est, Ias. qui dicit communem in rubr. si de in ius vocat. Bal. in c. fin. de dol. & contum. Bar. in l.

quid ego §. denunciasse si de adult. quod procedit etiam, si citatio pro forma requireretur Ias. in l. 1. n. 75. si de lib. & posthum. licet praesens in iudicio praesumatur, quod fuerit citatus, Barb. decif. 504. Gabriel de citat. concl. 1. nu. 396. Rota in causa Anconitana bonorum 2. Martij 1584. coram Bubalo, Auximana bonorum 3. Maij 1585. coram Rubeo.

- 3 Limita secundò, quando Iudex commissarius, potest se extrajudicialiter informare, Abb. consil. 41. num. 1. vers. ex quibus verbis, lib. 1. Felin. consil. 13. nu. 7. & seq. Monal. consil. 112. lib. 2. Rot. in causa Rom. domorum 20. Maij 1580. coram Lancellotto.
- 4 Limita tertio, quando rector supplicaret Papae, Paris. consil. 111. num. 10. vol. 4. Rota in causa Casalis 6. Martij 1567. coram Oradino, Romana domorum 20. Maij 1580. coram Lancellotto, Cortonenis rescissionis contractus 26. Ianuarij 1590. coram Orano, & in decif. quotid. 95. lib. 2. Amplia hanc limitationem procedere, etiam si adesset clausula, vocatis vocandis, quia intelligitur de alijs, quam de ipso rectore, qui essent vocandi. Rota in dicta Romana domorum 20. Maij 1580. coram Lancellotto, & d. Cortonen.

Contractus in Ecclesiae utilitatem initus, non seruatis solemnitatibus, an sustineatur.

RESOLVT. VII.

- 1 Alienationis contractus rei Ecclesiae, initus in eius utilitatem absque solemnitatibus, tenet, & quare num. seq.
- 2 Contraria opinio est magis recepta, & quare, etiam si fiat ex necessitate aris alieni solvendi.
- 4 Emptor tuta conscientia res Ecclesiae absque solemnitatibus alienatas in euidenti utilitate derinere potest, donec contractus in foro exteriori ob defectum solemnitatum cassetur.
- 5 Nullitas contractus à quo allegari debet.

1 **R**espondetur, in hac quaestione duas reperiri DD. sententias; prima est affirmatiua, inter quos sunt Dec. in cap. 1. prima lect. num. 71. de consil. & ibi aduentes in verbo contentiosa, & in c. quae in Ecclesiarum, num. 28. tit. nostro, Rebuff. in euidentem nominis tractatu num. 34. Rodoan. q. 20. & 51. cap. 7. Nauar. in comm. sub num. 17. Ant. Gabriel alios cumulans lib. 3. comm. opin. tit. de reb. Eccles. non alien. concl. 1. Mascard. de probat. conclus. 75. referens hanc esse magis communem, & veriorum opinionem, Afflict. in consil. diuinae memoriae num. 66.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt Sarmient. de reddit. Eccl. par. 1. cap. 23. & 24. Rauden. de Analog. cap. 38.

Prima opinionis fundamentum est, quia in casu illo interuenit finis seu effectus ad quem respiciunt iura, & solemnitates requiruntur in alienatione rei Ecclesiae, cum sint inuenta ad euitandas deceptiones Rebuff. consil. 19. n. 13. & consil. 10. & 11. nu. 9. & seq. post Alber. Brun. in tract. de form. & sollem. a. c. Rub. de caus. & sollem. ob cuius rationis efficaciam, eandem opinionem tenuit Roder. tom. 1. q. regul. quaest. 27. art. 9.

3 Verum quidquid praefati DD. asseruerint; hodie in praxi contraria seruatur opinio, & ita in iudicatio tenet, & secundum illam iudicasse Conf. Neapol. testatur de Franch. decif. 35. cuius ratio est quia alienatio rei Ecclesiae duo copulatiue requirit, ut valeat, nempe causam, & solemnitatem, Magon. decif. 69. nu. 4. Rota Florent. Guid. Pap. decif. 149. Ioseph. Lodou. decif. 93. Rot. Perus. Causal. decif. 16. num. 27. & sequent. de contractib. lib. 1. nec vnum sine alio sufficit, ut tenuit Rota in vna Placen. bonorum 7. Apr. 1581. coram Seraphino, & Rom. deuolutionis 28. Maij 1582. coram Rub. & in Pisana bonorum 30. Decembr. 1584. coram Can-

Cantuccio, & in fabinen. filuæ 19. Decembris 1588. coram Seraphino, & in Senen. præd. 8. Octobris 1584. coram Pamphilio: Romana inualiditatis census 24. Maii 1591. coram eodem, Mediolanensis rescissionis permutationis 10. Ianuar. 1597. eodem, & Mediolanensis bonorum 7. Februarij, & tandem Missinger. conf. 30. num. 35. & sequen. hinc fit vt alienatio rei Ecclesiastica facta absque solemnitate, inualida sit & reuocanda; Farinac. in decif. 203. licet facta sit ex necessitate soluendi æris alieni idem cit. decif. Balb. decif. 21. & decif. 210.

- 4 Declara primo quod licet defuerint solemnitates iuris positum, dummodo iusta causa intenerit, tuta conscientia poterit quis res Ecclesiæ detinere, donec contractus in foro exteriori cassetur ob defectum solemnitatum, vt præter Sarm. in tract. de reat. Eccles. par. 1. cap. 2. nu. 6. & 7. voluerunt etiam Abb. in cap. 1. in fin. de reat. in integ. Nauar. in Comm. de spol. cler. §. 2. sub nu. 6. Rodoan. q. 46. num. 4. & seq. & Rodriq. d. q. 27. art. 10.

Declara secundò quod ita demum talis contractus erit nullus, vel validus, si Ecclesia, in cuius fauorem solemnitates sunt introductæ, hoc vellet, eique placebit, adeò, quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quàm ab ipsa Eccles. Inn. cuius dictum sequuntur Host. & Zabarell. alijque in cap. in princ. de ijs, quæ fiunt à præl. fin. conf. cap. Panor. in c. diuersis fallacijs n. 7. de cleric. coniug. Dec. in cap. quæ in Eccles. n. 101. in fin. de constit. Rot. Rom. in decif. diuers. 133. n. 11. & seq. vol. 2. & 262. num. 9. par. 1. ita quod, ipsa volente, stare contractui, non potest eius aduersarius dicere contractum nullum, Menoch. alios allegans, in add. ad cal. 172. num. 62. & infra Card. Puteus decif. 310. lib. 1. & 365. n. 5. lib. 2. & fuit dictum in vna Perus. rescissionis contractus 24. Februarij & 18. Maii 1588. coram Blanchetto; Rom. domus 4. Decembris 1592. coram Mantica, Rom. census 10. Decemb. 1590. coram Mellino Vilsibonens. nullitatis locationis 1. Iulij 1596. coram Pamphilio, & ad materiã præsentis limit. vide Amod. à Pont. in Comm. ad tit. qui feud. dar. possunt nu. 148.

An contra Decretum commissariorum admittatur probatio in contrarium.

RESOLVT. VIII.

- 1 In dubio pro decreto commissariorum præsumitur.
2 Probatio in contrarium aliquando admittitur, & quomodo probetur usque ad finem.

- 1 Licet in dubio præsumatur pro commissariorum decreto, & sic quod euidentis fuerit vtilitas arg. tex. in l. Nescennius §. Caia, & quod ibi notatur ff. de iud. Curt. conf. 23. Mohedan. decif. 12. de sentent. & re iud. Balb. decif. 21. & fuisse decif. testatur Seraph. decifio. 1073. limitatur multis modis, & Primò vt possit probari contrarium eius, quod ipsi firmauerunt circa euidentem vtilitatem Inn. in cap. dudum tit. nostro Gem. in cap. sine exceptione 12. q. 2. Abb. conf. 41. volum. 1. Dec. conf. 142. & 133. Iaf. conf. 155. vol. 1. Gemin. conf. 48. Riminal. Iun. conf. 233. num. 120. Rodoan. de cau. vtilitatis num. 162. Rota diuers. decif. 178. num. 3. vol. 2. præsertim, quando istud contrarium ostenderetur ex actorum inspectione; Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumption. 10. lim. 4.

Volens verò probare contrarium oneratur grauiori probatione, ita vt requiratur probatio valde clara, per testes valde graues, Alex. de Neno conf. 30. nu. 3. Rot. diuers. 21. vol. 2.

Limita secundò, quando appareret, quod non fuerit forma congruitas seruata, quia tunc pro decreto non præsumitur Bal. in l. quicunque, C. de bon. quæ lib. & Aloys. Ricc. Prax. Pars 1.

confil. 23. vol. 1. Iaf. confil. 122. vol. 3. Ann. confil. 38. nu. 31. vol. 1. Auend. de exequen. mand. par. 1. cap. 1.

Limita tertio quando dubitatur si precesserit causæ cognitio, quia si de causa non est maturè cognitum, sed per nimiam accelerationem ad decreti interpositionem est deuentum tunc probatio in contrarium admittitur Simoncel. in tract. decret. lib. 3. tit. 7. inspect. 3. nu. 47. cum alijs, quos cumulat Menoch. conf. 30. vol. 1. & in tract. de præsum. lib. 2. præsum. 75. n. 35.

An defectus euidentis vtilitatis in alienatione rei Ecclesiæ poterit à Tertio allegari.

RESOLVT. IX.

- 1 Inutilitas seu defectus ab Ecclesia, non autem ab alio est alleganda.
2 Quid si actio esset popularis, & quid ante actum consummatum, & etiam, quando Ecclesia dicit, quod pro parte valeat, & pro parte non num. 3. & 4.

- 1 Defectus solemnitatis, atque euidentis vtilitatis non potest ab alio, quàm ab Ecclesia allegari, ex late traditis per Abb. in cap. diuersis fallacijs, nu. 5. de cleric. coniug. Felin. in cap. ad nostram n. 13. & sequent. de iur. iur. Ruin. conf. 33. num. 31. lib. 1. Crot. conf. 119. num. 7. Corn. conf. 121. volum. 2. Rodoan. quæst. 47. & 58. & fuit resolutum in Rota Romana in vna locationis 4. Decembris 1592. coram Mantica, & iterum per Seraph. decif. 374.

Amplia, vt nec conductor rei Ecclesiasticæ ad euertendam solutionem pensionis possit excipere requisita in alienationem pensionis possit excipere requisita in alienatione defecisse, Inn. Abb. & reliqui in cap. 1. de his quæ fiunt, à prælatis absque conf. c. Dec. in cap. quæ in Ecclesiis 5. not. de constit. Iaf. in l. 2. colum. 4. vers. vnum tamen C. de iur. emphyt. faciunt notata per Glos. & Bartol. in l. cum hij §. eam trasactionem, ff. de transact. Bal. in l. neque C. de contrah. stipul. & in l. contra ff. de pact. Iaf. in l. non eo minus vers. istam regulam C. de procur. & fuit resolutum in Rot. in vna locationis, vt refert Crescent. decif. 1. de locat.

- 2 Limita primo in casu, vbi actio esset popularis, quia tunc quilibet agere potest l. 1. ff. De Actio. popul. & fuit resolutum in Rot. Rom. in vna Oxomen. translationis pensionis 26. Octobris 1592. coram Mantica.
3 Limita secundo ante actum consummatum, quia tunc potest opponi defectus solemnitatis, etiam inuita Ecclesia Tiraq. de leg. connub. glos. 8. num. 88. cum alijs per Pinellum in l. 1. par. 3. num. 32. vers. hæc tamen C. de bonis, quæ lib. Balb. decif. 25.
4 Limita tertio quando Ecclesia vellet pro parte valere, & pro parte dicere nullum, quia non potest ex late congestis per Conar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. sub. n. 5. Alex. conf. 21. volum. 1. Alciat. conf. 17. & fuit resolutum in Rota in vna Placentina decimarum 2. Iunii 1586. coram Bubalo.

Quæ attendenda sint in considerando valore rei Ecclesiæ.

RESOLVT. X.

- 1 Tria inter alia in considerando valore rei Ecclesiasticæ sunt attendenda, & num. 2. & 3.

IN considerando valore rei Ecclesiæ, ad hoc vt inspicatur an alienatio sit vtilis; habenda est primo ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea, quia cum hoc pactum respiciat commodum alienantis, est pars pretij l. fundi partem ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 18. numer. 38. & 68. Rota in causa Bononien. de Pipinis 20. Maii. 1578. co-

A 3 ram

ram de Grassis, vt patet in decif. 136. alias 5. n. 2. de reb. Ecclef. non alien. & iterum in vna Rom. deuolutionis domorum 26. Maii 1590. coram Pamphilio.

Limita, si bona nunquam ad Ecclesiam essent reuerfura, vt quia locatio esset facta in perpetuum pro quibuscunque heredibus, quia tunc pactum illud nullam respicit alienantis vtilitatem Dec. conf. 142. sub nu. 5. verif. non obstat, Corn. conf. 222. vol. 2. Monaldus conf. 121. vol. 1.

2 Habetur ratio vicinitatis fluminis, accessus bannitorum, vt fuit dictum in vna Bononien. S. Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, & patet etiam in decif. 720. n. 10. par. 1. Rub. decif. 39. nu. 16. & sequent. Mainard. decif. 18. lib. 3.

3 Habetur ratio, quod res indigeat reparatione Bald. decif. 29. intellige in concessione in emphyteusim perpetuam, Dec. conf. 142. sub nu. 5. verif. non obstat quod dicitur de remissione, Rot. diuers. d. decif. 720. par. 1. & fuit dictum, atque resolutum in d. Bononien. S. Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio. Intellige 2. quando rector non posset reparare absque illius alienatione, Auth. si quas C. de sacros. & Rota in d. Apollinaris, & in vna Afulana locationis 1539. coram Litte.

An alienatio in eundem Ecclesiam vtilitatem facta cum requisitis à Prælo, qui iurauit non alienare, valeat.

RESOLVT. XI.

- 1 Iuramentum dandum à Prælo in dubio præsumitur præstitum.
- 2 Actus factus contra iuramentum cui ius assistit, tenet, contra faciens vero periurus.

1 Prælati iurans non alienare Romano Pontifice incóluto, iuxta formam traditam in c. ego de iur. iur. quod iuramentum in dubio præsumitur præstitum, quamvis de eo non constet ad decif. Crescent. 2. de iur. iur. licet intelligatur iurasse etiã in casu alias permisso à iure secundum commun. DD. opinionem in cap. fin. de Eccl. adific. & in cap. 1. de reb. Ecclef. non alienand. in 6. & in cap. 1. de ijs quæ fiunt à prælo. absque conf. c. adeo vt plerique DD. loquantur per verbum impeditiuū potestatis, vt non potest, non valet, impeditur, vt Lapis allegatio. 30. Bald. confil. 374. in fine lib. 3. Ang. conf. 133. in fine, idem Bald. in Auth. hoc ius porrectum C. de sacrosant. Ecclef. Inn. Io. And. & Butri. in d. cap. 1. de his quæ fiunt à Prælo. & quam plures; adeo vt per ista videatur dicendum quod alienatio secuta contra iuramentum in casu permisso esset nulla, vt velle videtur Signorol. conf. 61. & Lauren. de Rodul. in cap. sine exceptione 12. quæst. 21. verum quidquid sit, ac præfati DD. asseruerint, contraria sententia per Rot. fuit sequuta in vna Roman. locat. S. Andrea coram Piccolomineo ex regula, quod iuramentum est præstitum in casu, in quo ius non resistit, imò assistit, scilicet in casu vtilitatis, & actus contra iuramentum factum valet, licet cōtra faciens sit periurus, vt per DD. in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. est casus in cap. licet de iur. iur. in 6. & in cap. cum contingat eod. Corn. conf. 372. vol. 3. Monal. conf. 122. vol. 2. & in casu nostro in specie tenet Abb. in cap. intellectu de iure iur. Boic. in cap. vt super, & ibi Card. in §. possessiones de reb. Ecclef. non alien. Franch. & Gemin. in d. cap. licet de iur. iur. in 6. Iaf. in d. §. ea lege ff. de verb. oblig. de mente Lapi. d. alleg. 30. qui dum dicit etiam in casu vtilitatis nō potest alienare absque pena periurij quasi periurium nō autem actus inualiditatem considerat, & hæc opinio videtur communis supposito, quod iterum Rot. secundum eam censuit, vt refert Crescent. decif. 3. de iure iur.

2 Sed an stante clausula suppletæ, &c. apposta in litteris, tunc operetur, vt vnum sine altero sustineatur adde Parif. conf. 19. numer. 21. & idem conf. 47. vol. 1. cum alijs per eundem congestis conf. 3. num. 51. vol. 3. conf. 11. num. 4. vol. 4. Surd. conf. 245. num. 44. Antonin. lib. 1. variar. resol. cap. 5. Thesaur. for. Eccl. par. 1. cap. 15. num. 78.

An in alienatione rei Ecclesie solemnitas, & causa copulatiue requirantur.

RESOLVT. XII.

- 1 Regulariter & causa, & solemnitas in rei Ecclesie alienatione copulatiue requiruntur.
- 2 Emptor, vi mala fidei possessor, rem Ecclesie alienatam, absque requisitis retinens, ad fructuum restitutionem tenetur.
- 3 Clausula suppletæ, &c. in hac decif. quid denotat.

1 Absolutissimum est penes DD. in alienatione rerum Ecclesie duo copulatiue requiri, nempe, solemnitatem, & causam, c. 1. de reb. Ecclef. non alien. in 6. & clem. 1. eod. Dec. conf. 142. nu. 4. Rebuff. conf. 109. Iafon. conf. 54. lib. 1. Rimin. conf. 233. volum. 3. Menoch. conf. 872. lib. 9. Parif. conf. 24. n. 2. volum. 4. Surd. conf. 181. n. 14. & conf. 301. num. 25. Sarmien. de reddit. Ecclef. par. 1. c. 2. in princ. Mascard. de probat. conclus. 78. n. 6. cum seq. volum. 1. Viuius decif. 145. n. 20. lib. 1. Guid. Pap. decif. 156. March. decif. 35. par. 1. Rot. diuers. decif. 278. nu. 1. par. 1. & 160. num. 1. & decif. 178. par. 2. Magon. decif. 69. n. 4. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. & propterea vnum sine alio non sufficere voluerunt Barb. conf. 40. lib. 1. Rolandus conf. 15. lib. 1. Gramm. decif. 79. Capyc. dec. 105. & 13. numer. 8. Rimin. Iun. conf. 304. numer. 55. volum. 4. Hond. conf. 31. num. 14. Simon. de Prælis conf. 38. numer. 3. volum. 1. Magon. decif. 69. Rot. Florentin. num. 5. Rot. decif. 756. num. 1. & 3.

Amplia primo, etiam si constaret de euidenti vtilitate Ecclesie, & ipsa Ecclesia vellet stare contractui, de Franch. decif. 35. Balb. decif. 90. Rubin. decif. 20. Thesaur. fori Eccl. par. 1. cap. 15. num. 74. Anton. lib. 1. variarum resol. cap. 5.

Amplia secundo, vt adeo vno deficiente, contractus censetur nullus, vt etiam contrahentes incurrant excommunicationem Papalem, de qua in extrauag. Ambrosio, de reb. Ecclef. non alien. ita Claud. Tuti. in alleg. 24. Put. decif. nu. 1. par. 2. Rota diuers. decif. 806. par. 3. Balb. decif. 22. Ozasc. decif. 167. nu. 2. & sequent. Surd. conf. 181. num. 1. & seq.

2 Amplia tertio, vt rem realiter alienatam retinens, vi mala fidei possessor teneatur ad restitutionem fructuum cap. nulli liceat. 12. quæst. 2. Ozasc. decif. 160. n. 2. Balb. decif. 203. Rota diuers. 14. n. 2. cum sequente par. 1. & decif. 246. num. 4. par. 2. Surd. conf. 249. num. 2. Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 3. nu. 8. cum seq. sed an in foro conscientie sit tutus, vide Rodoan. fol. 222. num. 1. & seq. vnde dum Natta conf. 441. numer. 29. Ozasc. decif. 68. num. 28. Rota decif. 225. par. 3. dicunt sufficere causam necessariam, vel euidenter vtilitatem Ecclesie, absque beneplacito Papæ, non est eorum dictum sequendum, cum sit contra communem opinionem.

3 Sed an stante clausula suppletæ, &c. apposta in litteris, tunc operetur, vt vnum sine altero sustineatur adde Parif. conf. 19. numer. 21. & idem conf. 47. vol. 1. cum alijs per eundem congestis conf. 3. num. 51. vol. 3. conf. 11. num. 4. vol. 4. Surd. conf. 245. num. 44. Antonin. lib. 1. variar. resol. cap. 5. Thesaur. for. Eccl. par. 1. cap. 15. num. 78.

An alienatio rei Ecclesie in dubio utilis præsumatur.

RESOLVT. XIII.

- 1 Alienatio facta cum requisitis, in dubio præsumitur utilis.
- 2 Dicenti de non euidenti vtilitate, onus probandi incumbit.

3 Damno

- 3 *Damno probato, nulla erit alienatio, dato, quod à iudice vigore gratiae si in eundem fuerit confirmata.*
 4 *Rektor asserens causas esse falsas, onus probandi ei incumbit, ubi alienatio rei Ecclesiae fuerit confirmata.*

- 1 **N**on est dubitandum, vtilem praesumi, quando fit cum debitis solemnitatibus, Bald. in cap. 1. col. 9. qui feud. dare poss. l. as. conf. 54. num. 3. lib. 1. Dec. conf. 142. num. 1. & in consil. 341. num. 12. Abb. consil. 41. num. 2. lib. 1. Alex. conf. 97. num. 6. ad finem vol. 1. Parif. conf. 24. num. 5. volum. 4. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 17. num. 2. Gabriel de sententia, concl. 5. num. 2. Capyc. decis. 16. Rota in causa Ragusina emphyteusis 20. Iunij 1578. coram Lancellotto, vt patet in decis. 479. num. 1. par. 1. diuers. Auximana bonorum 1. Februarij 1588. coram Seraphino, Pisana bonorum, 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite, Auximana bonorum, 13. Maij 1585. coram Rubeco, & in eadem 15. Nouemb. 1586. coram Robulterio, Volaterrana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto, Roman. deuolutionis domorum 26. Martij 1590. coram Pamphilio, Florentina bonorum 7. Maij 1590. coram eodem Rom. casalis Turricella, 29. Aprilis 1594. coram Seraphino, Bononien. bonorum, 16. Iunij 1595. coram Millino, & 20. Nouemb. 1595. coram eodem, 27. Maij 1596. coram Arrigonio, Mediolanen. bonorum, 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio.
- 2 Vnde dicenti alienationem laicam Ecclesiae incumbit onus probandi laesione, vel non eundem vtilitatem, Bald. in d. cap. 1. nu. 7. de his qui feud. dare poss. Cor. conf. 81. n. 27. volum. 1. Dec. in c. quoniam contra, n. 42. de probat. Couar. loco cit. in fin. Abb. d. conf. 41. Alex. Parif. & Dec. locis cit. l. as. d. conf. 54. nu. 3. Rot. in causa Mediolanen. bonorum 10. Ianuarij 1594. coram Pamphilio, & in Rom. deuolutionis domorum, 26. Martij 1596. coram eodem Pamphilio, Romana casalis Turricella 28. Ianuarij 1578. coram Cantuccio, vt patet in decis. diu. 78. nu. 3. par. 2.
- 3 Verum quando potest probari laesio, vel damnum, alienatio erit nulla, etiam si à iudice fuerit confirmata vigore gratiae si in eundem, Dec. conf. 142. Monald. conf. 33. Menoch. conf. 115. vol. 1. Rot. diuers. decis. 181. n. 4. par. 1. Rota in causa Lucana bonorum 19. Ianuarij 1571. coram Lancellotto.
- 4 Adde tamen, quod quando alienatio rei Ecclesiae est confirmata, Rektori asserenti causas esse falsas, incumbit onus probandi, Abb. dict. conf. 41. num. 6. Parif. in eodem conf. ac Couar. loco citat. in fi. nu. 2. & fuit dictum in Rota in vna Bonon. S. Apollinaris 24. Martij 1586. coram Orano, & vide in eadem, 9. Iunij 1589. coram eodem.

Alienatio rei Ecclesiae, vt valeat, sufficit, illam vtiliter fuisse ceptam.

RESOLVT. XIV.

- 1 *Alienatio fit ex causa necessitatis, vel vtilitatis, & quando requiratur non solum vtiliter esse ceptam, sed etiam Ecclesiam fieri locupletiore num. 2.*
 3 *Vtilitas est necessaria ab initio, nec accedens attenditur, & quare num. 4.*
 5 *Subreptio, quando attendatur in gratia si in eundem.*
 6 *Clausula in confirmatione alienationis (dummodo de bito pretio sit facta) quomodo intelligatur.*

- 1 **R**espondeo distinguendo, quod aut huiusmodi alienatio fit ex causa necessitatis, & tunc illi statim qualemcumque exitum habeat dummodo sit vtiliter cepta l. sed. an vltro §. 1. ff. de neg. gest. Balb. decis. 121. Rauden. de Analog. cap. 7. num. 16.

- 2 Si verò fiat ex causa vtilitatis, non sufficit eam vtiliter ceptam, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiore, l. si pupilli in princ. ff. de nego. gest. Ita post Ioa. de Fano distinguit Archid. in cap. sine exceptione 12. q. 2. & ibi Lauren. de Rodolph. nu. 14. Gemin. col. 2. circa medium vers. in hac quaest. Bellam. nu. 6. in glos. sed nonne Henrich. Boich. in cap. tua, de his, quae fiunt à prael. absq. conf. Cap. & resolutum in Rota in vna Rom. Casalis Turricella 10. Maij 1578. coram Cantuccio, & patet in decis. diuers. 65. num. 4. par. 2.

3 Licet vt quidam asserunt, sufficiat, quod vtilitas adfit ab initio, nec attenditur, quod postea accadat, Calder. conf. 5. de rer. permut. Alciat. conf. 37. num. 5. Mon. conf. 111. nu. 3. post Bal. conf. 334. in fi. vol. 1. Alex. conf. 16. nu. 41. volum. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glo. 1. n. 10. & Rota in vna Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. coram Seraphino, & in Florent. bonorum 7. Maij 1591. coram Pamphilio, & iterum in vna Rom. Casalis 7. Iunij 1591. coram Gipsio, quia intentio Papae est, vt cedat in Ecclesiae vtilitatem, & nil aliud curat Soccin. conf. 15. nu. 51. volum. 1. Ruin. conf. 157. num. 25. & 27. vol. 1. Dec. conf. 142. & fuit resolutum in Rota in vna Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. coram Seraphino, & in eadem 7. Aprilis 1581. Coram eodem, & in Romana domus 2. Decembris 1588. Coram Bubalo, & Auximana bonorum 1. Februarij 1580. Coram Seraphino.

4 Vnde in gratia si in eundem non attenditur subreptio, quando non est circa vtilitatem, sed quando respicit vtilitatem, quia tunc gratia vitatur, Dec. conf. 142. n. 6. Menoch. conf. 122. vol. 2. & fuit dictum in causa Placentina bonorum 7. April. 1581. Coram Seraphino, & in dicta causa Auximana bonorum Coram eodem 1. Febr. 1580. & in vna Placentina bonorum tenuta (della Maddalena) 27. Iunij 1597. Coram Seraphino, & in dicta Romana domus 2. Decemb. 1588. Coram Bubalo, & clausula in alienationis confirmatione (dummodo debito pretio sit facta) intelligitur de pretio communi, vel de euidenti vtilitate, vt fuit dictum in vna Vigluetan. locationis 27. Nouembr. 1596. Coram Corduba.

5 An in alienatione rei Ecclesiae vtilitas putatiua sufficiat.

RESOLVT. XV.

- 1 *Vtilitas putatiua in alienationibus quando sufficiat.*

Respondeo cum distinctione, quod aut ab initio adfuit causa primaria vtilitatis, vt quia bona erant sterilia, licet non fuerit vtiliter contractum in pretio, & hoc casu contractus non est nullus, sed Ecclesiae datur restitutio, aut verò causa vtilitatis non adfuit ab initio, & tunc vtilitas putatiua non sufficit, & contractus est ab initio nullus, Ant. de Butr. in c. 1. n. 19. cum seq. de in integr. restitut. Imol. n. 1. vers. item nota, & n. 16. circa fin. Anan. nu. 27. vers. quid autem, & ibi Abb. qui dicit esse communem opinionem n. 17. Ioan. Andr. in cap. per tuas n. 6. & seq. de arbitr. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. circa med. vers. sed opinio posterior, Ant. lib. 3. var. resol. cap. 21. num. 3. & seq. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Clusina bonorum 24. Nouemb. 1574. & 15. Iunij 1571. coram Lancellotto, & iterum in vna Gadicens. census 23. Ianuar. 1593. coram Seraphino Rot. diuers. decis. 18. & 181. n. 2. par. 2.

Et vtilitati putatiuae tunc statim, quando est seruata forma, Anchar. in cap. cum apostolica n. 1. de his quae fiunt à prael. absque conf. Cap. Abb. conf. 41. n. 3. vol. 1. Felin. conf. 17. n. 13. & seq. Monald. conf. 31. vol. 1. Flam. de Rubeis conf. 13. n. 6. post Alciat. conf. 17. nu. 7. & fuit in Rota resolutum in vna Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, vt patet in decis. 181. n. 3. & 4. par. 1. diuers.

An alie-

An alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis præsumatur in fraudem.

RESOLVT. XVI.

- 1 Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis, potius in fraudem præsumitur, quàm in eius utilitatem.
- 2 Clausula posita in alienatione rei Ecclesiæ (sine præiudicio Ecclesiæ) quid operatur.
- 3 Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis bonæ fāmæ cum solemnitatibus, non præsumitur in fraudem, nec etiam in casu nu. seq.
- 5 Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineo, quamuis in fraudem præsumatur, non tamen redditur nulla.

Respōdetur, quod potius præsumitur facta in fraudem, quam in utilitatem Ecclesiæ, ut habetur per DD. communiter in Authen. Quibuscunque C. de sac. fan. Eccl. las. in cap. 2. nu. 14. & seq. qui feud. dar. poss. Cur. lun. de feudo p. 2. q. 7. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 25. nu. 1. & fuit latè resolutum in Rota Rom. 21. Iunij 1599. coram Pegna, & in causa Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, Bononienf. Sæcti Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, & in Romana Cafalis Turricella 10. Martij 1578. coram eodem, & in vna Senenf. affictus 11. Februarij 1591. coram Pamphilio, Cæsar de Grassis decif. 4. nu. 24. de rebus Eccl. non alien. Rota diuerf. decif. 181. nu. 5. par. 1. & decif. 720. nu. 1. par. 1.

Limita prælatam opinionem non procedere, vbi in alienatione esset adiecta clausula sine præiudicio Ecclesiæ, quia tunc valeret, nec in fraudem præsumere, secundum Arch. in cap. cum Episcopus in fine 10. q. 2. Card. in elem. 1. §. Abbatis nu. 2. de excess. prælat. Federic. de Senis conf. 52. sub num. 2. Aluar. in cap. 1. n. 7. circa medium, vers. ex quo nota, si de inuest. int. dom. & vassal. Imol. in c. vt super n. 15. & Abb. n. 15. & 19. de reb. Eccl. non alien. & in conf. 41. nu. 3. vers. per hoc etiam tollitur lib. 1. latissimè las. in cap. 1. nu. 17. qui feud. dar. poss. vbi testatur de magis communi, Curt. qui dicit communiorem in tract. de feud. par. 2. q. 7. & fuit in Rota resolutum in vna Roman. Cafalis 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, & iterum in vna Bononien. bonorum de Marano 16. Iunij 1595. coram Mellino.

3 Limita secundo si alienatio fieret cum debitis solemnitatibus, & in consanguineos bonæ fāmæ, & conditionis, Arch. in d. cap. cum Episcopus in fine 10. q. 2. Federic. de Sen. d. conf. 52. & d. Rom. 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt patet in decif. diuerf. 18. nu. 2. vers. & prædicta debent, par. 2.

4 Limita tertio, vbi alienatio fieret pluribus, inter quos vnus tantummodo esset consanguineus illius, qui alienauit, quia tunc omnis fraudis suspicio, atque præsumptio lationis Ecclesiæ cessat, Menoch. conf. 559. vol. 4. & fuit resolutum in d. Rom. Cafalis 1576. coram Cantuccio, vt in d. decif. diuerf. 18. num. 6. vers. præterea accedit par. 2.

5 Animaduertendum tamen summopere est in præfenti quæstione, quod ex supra enarrata præsumptione, vt in prima conclusione diximus, alienatio non videtur nulla, Abb. d. conf. 41. nu. 3. vers. per hoc etiam tollitur vol. 1. Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. sub nu. 3. & fuit resolutum in Rot. Rom. in vna bonorum 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite Bononien. bonorum 16. Iunij 1595. coram Mellino, & in vna Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Seraphino, Rot. diuerf. decif. 121. nu. 6. & seq. par. 1.

Alienans res Ecclesiæ an teneatur de euictione de proprio.

RESOLVT. XVII.

- 1 Alienans res Ecclesiasticas de euictione de proprio teneatur, ac etiam eius heredes nu. 2. non solum ad rem, sed etiam ad damna, & interesse nu. 3.
- 4 Emptor contra alienantem pro euictione habet actionem, quid si fuerit in mala fide.
- 5 Prælatus successor contra prædecessoris heredes pro rei Ecclesiæ alienatæ pretio agere potest.

Afirmatiuè est respōdendum per text. expressum in c. Vulterrana ibi (sit emptorib. ad eum recursus) vbi Gem. col. 1. vers. nota, quod prælatus malè alienans 12. quæst. 2. gl. in cap. si quis presbyterorum (verbo alienata) vbi Innoc. in princ. Imol. n. 19. & seq. Bald. num. 16. Host. col. 2. vers. sed non è emptor, Abb. in fi. Bero. n. 49. in fi. de reb. Eccl. non alien. Benint. cōf. 131. Alciat. conf. 39. Feder. de Sen. conf. 71. n. 7. & seq. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto, & iterum in vna Firmana bonorum 16. Ianuarij 1585. coram Litta. Amplia primo procedere etiam contra alienantis heredes, quia contra eos emptori datur actio, l. 1. C. vt actio hæred. & cont. hæred. Bald. conf. 29. vol. 1. Alban. conf. 212. vol. 1. & fuit resolutum in eadem Rota Rom. in vna Placentina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto.

2 Amplia secundo, vt nō solum ad pretium, sed etiam ad interesse, & damna teneatur alienans, vel eius heredes l. venditor, l. si cum creditor in fine, & l. euicta la. secunda. ff. de euictio. Inn. in d. cap. si quis presbyterorum vers. peto mihi, Host. vers. sed non è, Bero. nu. 49. Card. in clem. 1. quæst. 25. eod. tit. & Rota in d. Placentina.

An autem indistinctè emptor pro euictione habeat actionem contra alienantem, vel solum, quando est in bona fide, secus verò si in mala sit fide vide Imol. in d. c. si quis presbyterorum nu. 19. & seq. Abb. in fine Bero. num. 50. Lauren. de Rodulf. in cap. fine exceptione nu. 180. 12. quæst. 2. & Card. in d. clement. 1. d. quæst. & Rotam in d. Placent.

4 Adde, quod Prælatus Modernus potest agere contra heredes prædecessoris, pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, vt per DD. in d. c. si quis presbyterorum, & l. iubemus §. Aconomus, vbi Salicet. in princ. & Bald. in §. sanè n. 5. C. de sac. fan. Eccl. Rodan. de reb. Eccl. non alien. pag. 10. nu. 9. & pag. 470. nu. 22. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Pisana liquidationis fructuum 17. Octobris 1571. coram Orano, & iterum in vna Romana Cafalis 13. Aprilis 1593. coram Blanchetto, & facit decif. Rot. diuerf. 14. nu. 6. par. 1.

An in reuocatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ veniant fructus restituendi.

RESOLVT. XVIII.

- 1 Fructus debentur à die alienationis in rei Ecclesiæ nulliter alienatæ recuperatione.
- 2 Error iuris in hac quæstione non excusat, & quare.
- 3 Error facti hoc in casu excusat, sed fructus à die motæ litis debentur.

In recuperatione rei Ecclesiæ, nulliter alienatæ, vt puta ex defectu solemnitatis fructus debentur à die alienationis, l. iubemus §. 1. vbi Bald. & reliqui C. de sac. fan. Eccl. cap. si quis presbyterorum, vbi Burr. Abb. & Anan. de reb. Eccl. non alien. & Bero. ibidem n. 14. Cur. Sen. conf. 71. col. 7. vers. ita declarat, Fel. conf. 17. nu. 3.

17.n.3. & in cap. cum causa n. 27. de re iudic. ubi testatur de communi, Cor. conf. 22. n. 13. volum. 1. Gram. decif. 79. n. 8. & seq. Menoch. de recuper. possesi. remed. 15. num. 63.4. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina bonorum 26. Iunij 1585. coram Blanchetto, & iterum in vna Vlixbonen. nullitatis 1. Iulij 1596. coram Pamphilio, & voluit etiam Pinell. in re per. l. 2. p. 3. n. 4. & seq. C. de rescinden. vendit.

2 Amplia, vt hoc casu error iuris non excuset, cum ius resistat, Bart. in l. sed si leges, §. scire, ff. de pet. hared. DD. in d. cap. si quis presbyterorum, Bald. conf. 31. n. 6. & seq. vol. 1. Curt. Sen. d. conf. 71. Fel. d. cap. cu causa, n. 27. Alex. conf. 339. n. 5. & seq. vol. 2. Gramm. d. decif. Bero. cit. loco, n. 44. vers. Ioan. de Imola, Alciat. in l. mouentium, n. 6. ff. de verbis. signif. & fuit resolutum in d. causa Placentina bonorum 26. Iunij 1585. coram Blanchetto.

3 Limita, si in facto erraretur, quia tunc error excusaret, puta si emptor cogitauit assensum Apostolicum interuenisse, qui tamen non interuenit, Felin. d. c. cum causa, num. 27. vers. procedere, de re iudic. Bero. d. c. si quis presbyterorum, n. 45. Raufen. de Analog. lib. 2. c. 27. num. 13. & sequent. Costa conf. 17. num. 4. & hoc casu fructus non debentur, nisi a die motus litis, vt tradunt DD. communiter in d. c. si quis presbyterorum, Alciat. d. l. mouentium, num. 6. Fel. conf. 39. num. 7. & fuit resolutum in d. Vlixbonen. locationis, 1. Iul. 1596. coram Pamphilio.

An procurator capituli excedendo fines mandati, opere-
tur, vt alienatio rei Ecclesie ab eo facta, sit nulla.

RESOLVT. XIX.

1 Alienatio facta per procuratorem fines mandati exceden-
tem, est nulla.

2 Scientia capituli requiritur, ad hoc vt alienationis facte
per procuratorem fines mandati excedentem, ratifica-
tio inducatur.

3 Canonici absentes, in ratificatione non sunt vocandi.

4 Nomina Canonicorum in alienationis instrumento an sint
exprimenda.

1 **P**resatam alienationem fuisse inualidam respon-
detur per text. in l. diligenter, ff. mandat. & cap.
cum dilecta de rescriptis, cap. quod quibusdam, cum
ibi not. extra de fideius. Abb. in c. fin. prop. fin. de rest.
spol. Alex. conf. 27. n. 3. vol. 1. Dec. conf. 493. n. 4. Paris.
conf. 47. n. 50. vol. 1. & Menoch. conf. 339. vol. 2. Fa-
rinac. decif. 204. & ita late fuit dictum in Romana in
vna Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. coram Platto,
& iterum in vna Perusina rescissionis contractus
28. Martij 1588. coram Comitulo, & in vna Corton.
bonorum 9. Iunij 1589. coram Platto.

2 Nec ratificatio huiusmodi alienationis inducitur ex
scientia fratrum, vel Canonicorum, sed scientia capi-
tuli requiritur. Arch. in cap. sine exceptione in fine,
12. q. 2. Inn. Card. Abb. & reliqui in c. 1. & in cap. conti-
nebatur de his quæ fiunt a præl. Clar. in §. emphyteu-
sis, q. 10. vers. sed nunquid, Alex. conf. 519. n. 3. volum. 4.
Dec. conf. 437. n. 3. Corn. conf. 224. n. 18. volum. 4. Bald.
in Auth. hoc ius porrectum sub num. 3. in fin. C. de sa-
crofanct. eccl. & fuit resolutum in d. Cortonen. bono-
rum 28. Martij 1588. & 9. Iunij 1589. & 26. Iannarij
1590. coram Platto, Romana domus 7. Iunij 1591. co-
ram Blanchetto, Tiburtina nullitatis locationis 5. De-
cembris 1597. coram Milino.

3 Nec Canonici absentes sunt vocandi, Dec. in c. cum
omnes num. 7. vers. in absentibus, ubi de communi, &
ibi Bero. n. 82. in fine, & late Fel. num. 22. de consti-
tut. conf. 54. col. 4. n. 2. vers. ista sunt, vol. 1. Rebuff. de
alienat. rer. eccl. num. 77. Abb. in cap. 1. nu. 5. de his

quæ fiunt a præl. absque consensu. Cap. Guid. Pap. decif.
160. & fuit resolutum in Rota Roman. in vna Medio-
lanens. bonorum de Nouedo 20. Maij 1581. coram
Lancellotto, vt patet in decif. diuers. 29. lib. 3. An au-
tem in hoc instrumento alienationis sit necesse nomi-
na prælatorum Canonicorum exprimere, vide Mo-
hed. dec. 1. de reb. eccl. non alien. Ioseph. Ludouic. in
decif. Lucan. 27. Verall. decif. 265. p. 1.

An supplicatio si in euidentem expiret per obitum con-
cedentis ante præsentationem.

RESOLVT. XX.

1 Supplicatio si in euidentem per obitum concedentis ante
præsentationem expirat.

2 Regula reuocatoria literarum gratia, & iustitie non ha-
bet locum si supplicatio infra annum a die obitus con-
cedentis non præsentetur.

Non est dubitandum supplicationem expirare; si
ante eius obitum, commissarijs non præsentatur
Dec. in cap. relatum num. 3. de offic. deleg. Bald.
in cap. tuam num. 3. de ordin. cognit. cum alijs, quos
cumulat Gabriel. de præben. concl. 1. num. 57. & 13.
fuit resolutum in Rota Roman. in causa Tiburtina,
Hortus Decembris 1588. coram Mantica.

Et propterea subiacet regulæ reuocatoria litera-
rum gratia, & iustitie, & si non præsentatur infra an-
num a die obitus concedentis, non suffragatur, vt fuit
in Rota decifum in causa Elnen. minorum 10. Iu-
nij 1587. coram Blanchetto, & in d. Tiburtina.

An alienatio rei Ecclesie præsumatur in fraudem, ac
simulata, si alienans reperiatur possidere post
alienationem ipsam.

RESOLVT. XXI.

1 Fraus in dubio non præsumitur.

2 Fraus quando præsumatur.

3 Fraus quando non præsumatur, & n. seq.

1 **F**raus in dubio non præsumitur l. dolum C. de do-
lo, & qui illam allegat probare tenetur leg. Quo-
ties, ff. de probat. verumtamen per coniecturas bene
probat, & inter duas principaliter illa videtur, quan-
do venditor post venditionem reperiretur possidere
2 bona vendita, & præsens, & homo intelligens, & cautus
esset emptor in suis negotijs &c. nam tunc fraus præ-
sumeretur argumento l. qui eum vno §. fin. ff. de re mi-
litar. Bar. in l. post contractum num. 4. ff. de don. Bald.
in l. qui testamentum n. 5. ff. de probat. Dec. conf. 659.
vol. 2. & in conf. 36. volum. 1. conf. 341. n. 13. & in con-
fil. 409. & ratio est, quia non præsumitur quis alienas-
se ea, quæ repertus est possidere l. sicut §. superuacui
ff. quibus modis pignus soluat, voluit Bal. in l. om-
nes §. Lutus, ff. de his quæ in fraudem creditorum.

Prout etiam fraus præsumitur quando hæres hære-
ditatē repudiavit, & in possessione bonorum persistit
Crauer. conf. 100. n. 7. Morot. conf. 29. n. 4. Cacharan.
conf. 73. n. 5. & seq. Antibol. in tract. de munerib. §.
4. num. 72. & Mascardus concl. 815. num. 48.

Prout etiam quando donator remansit in posses-
sione bonorum donatorum, Speculator in tit. de do-
nat. §. 1. num. 7. Mandell. conf. 97. num. 5. Bart. conf. 64.
n. 4. Ruinus conf. 119. vol. 1. & fuisse decifum in Curia
Rom. testatur Bellamera in decif. 71.

3 Supra positam conclusionem limita dupliciter: pri-
mo, vt non procedat, quando possessor venditor cor-
responderet emptori de fructibus, & docuit idem Bar.
in l. post contractum post n. 4. ff. de donat. & in l. sicut
§. su-

S. supernacuum ff. quibus modis pignus soluatur Crot. consil. 141. vers. praterea num. 11. R. Min. Senior consil. 69. volum. 1.

Limita secundo non procedere etiam in muliere, & minore, & rustico, qui emerunt, nam licet venditor remansisset in possessione bonorum venditorum, non tamen praesumeretur fraus, Ioannes Anibal. in leg. post contractum post num. 135. ff. de donatio. & Mascard. citat. conclusionem 815. num. 52.

Ecclesia quae cecidit a possessione ex contractu nullo ob non seruatas solemnitates, an competat remedium restitutorium.

RESOLVT. XXII.

1 Remedium restitutorium Ecclesiae competit cadenti a possessione ex contractu nullo.

Sed non inconuenit, ut hoc loco explicemus id, de quo alias consultus iudicauit, an Ecclesiae, quae cecidit factio proprio a possessione ex contractu nullo, non seruata solemnitate, competat aliquod remedium restitutorium ad possessionem rei alienatae: & suppono, quod conflet de primo extremo, respondi affirmative, scilicet Ecclesiae competere remedium restitutorium ex conditione sine causa, vel triticaria, iuxta l. 1. in fine, & l. 2. ff. de conditione triticaria, & l. indebiti §. nummi ff. de conditione indebiti, ubi Bartol. num. 2. dicit quod competit conditio indebiti, Ias. in l. 1. §. si vir num. 28. ff. de acquirenda possessione, vel ex conditione iuxta Authent. qui rem Codic. de sacrosanct. ecclesijs, de quibus remedijs in his terminis Bartol. in l. si alienam num. 3. & 4. ff. soluto matrimonio, & ibi Paul. de Castro nu. 2. Alex. consil. 1. num. 24. lib. 4. Ias. in §. sic itaque num. 38. Instit. de actionibus Aymon. conf. 299. num. 2. Nat. conf. 288. num. 3. & quod praefata remedia competant Ecclesiae fuit decisum in Rota Romana in

vna Asculana praediorum 13. Ianuarij 1587. coram Robustiero,

Donatione facta alicui, & post mortem eius ecclesiae, an hoc pactum in fauorem ecclesiae possit reuocari.

RESOLVT. XXIII.

1 Donatio alicui facta, & post eius mortem ecclesiae, quoad ecclesiam reuocari potest secundum vnam sententiam, non tamen, si Notarius nomine ecclesiae stipulatus fuerit num. seq. idem dicendum si fuisset iurata, num. 3.

Huius quaestionis responsio videtur negatiua, ex communi Doctorum sententia, quam colligit Romanus in l. si pecuniam, num. 22. ff. de cond. causa. data. Salic. in l. 1. C. si mancipium ita fuerit alienatum, Corneus conf. 68. col. 3. vol. 3. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 54. in fine, Menoch. conf. 92. nu. 75. lib. 1. Burlatus consil. 173. num. 68. volum. 2. Suarez allegacione 19. & in l. quoniam in prioribus, quaest. 8. C. de inoffi. testam. & dicit communem Duenas reg. 216. Gugliel. Benedict. in cap. Raynuitius, vers. si absque lib. num. 23. de testam.

1 Sed contra hanc communem sententiam tenet Bar. in l. qui Romae §. Flauius, ff. de verb. obligat. quam si sequi velis, illam poteris dupliciter limitare.

2 Primo limita, quando Notarius nomine ecclesiae stipulatus fuisset, Soc. Iun. dicens communem conf. 118. num. 13. lib. 2. Decius conf. 239. in 3. dubio, Cassanus conf. 53. num. 36. versic. 3. Crauet. consil. 19. nu. 11. Rolandus conf. 19. num. 19. volum. 1. Menoch. conf. 92. nu. 75. vol. 1. Imol. conf. 176. num. 29. Aretin. conf. 77. nu. 9. Riminald. conf. 246. volum. 2.

3 Limita secundo, stante iuramento, Guid. Papa conf. 23. nu. 8. Guglielm. Benedict. cit. loco, dicens sic fuisse iudicatum, Couarr. lib. 2. variar. resoluit. cap. 14. num. 7. & Anna alios referens in consil. 32.

Finis tituli Cause.

PRAXIS SOLEMNITATIS
Assensus Apostolici.

Assensus Apostolicus an debeat praecedere alienationem.

RESOLVT. XXIV.

1 Assensum subsequi ad validitatem rei ecclesiae alienationis sufficere secundum aliquorum opinionem, & quare nu. seq.

3 Assensus patris filio, qui in iudicio esse desiderat sufficit, quod in aliqua iudicij parte interuenierit.

4 Alienatio rei nulla si assensus non praecesserit, & ita in praxi

5 Contractus non est validus, si post alienationem assensus impetretur, nulla facta mentione de alienatione.

6 Verba extraneag. ibi (nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice) quid denotant.

7 Assensus in alienatione, super quo fundatur.

8 Reversio assensus actum efficit conditionalem.

1  Espondetur sufficere ad validitatem alienationis rei ecclesiae assensum subsequi, ut voluit Rebuff. in suo compend. alienat. rei eccles. nu. 34. vers. nonus casus post Bald. in cap. 1. num. 3. & multis seq. de findico; Rodoan. q. 42. sub nu. 15. Barbat. conf. 61. volum. 3. de

Franch. decif. 163. num. 12. & seq. Menoch. consil. 339. vol. 1. & conf. 494. num. 5. vol. 2. Burlat. consil. 12. nu. 3. vol. 1. qui mouentur.

2 Primo, quia aut talis alienatio erit utilis ecclesiae, & assensus ex post facto operabitur, aut concessio non erit utilis, & non praestabitur, & hanc praeticam transiisse vique ad sua tempora testatur de Franch. cit. decif. num. 13.

3 Secundo, quia assensus patris, qui necessarius est filio, ut valeat esse in iudicio iuxta l. fin. C. de bon. Mater. sufficit interuenisse in quacunque parte iudicij Bertach. in tractat. de Episcopo par. 5. fol. 51. Capic. decif. 57. & Afflic. qui refert ita decisum in sacro Neapol. Consil. dec. 180. Ferret. consil. 64. Cassan. in consuetud. Burg. fol. 212. Roland. conf. 22. num. 7. vol. 3.

4 Quidquid tamen praefati scripserint, contrarium tamen in praxi seruatur, & ego in facti contingentia ita consului, ut scilicet assensus debeat alienationem praecedere, alias erit nulla, quae opinio firmatur ex decif. Rot. de qua per Seraph. decif. 805. ubi fuit dictum, quod alienatio rei ecclesiae saluo assensu Apostolico, donec beneplacitum Sanctissimi non sit obtentum, non tenet, & interim dominij translatio impeditur, ex qua decif. aperte demonstratur, assensum debere praecedere; hinc est quod si alienatur res ecclesiae absq. assensu Apostolico, si postea impetretur assensus, non validatur contra-